

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Guilielmo Reiffenstein S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

rursus significo: ac nunc te D. Paulus ad philosophicam coenam uocat, daturus nobis lepusculum, quem ipsius lepos condiet. Bene uale.

Guilielmo Reiffenstein S. D.

Quæso te mi Domine Guilielme, ut pro tua summa humanitate, ac singulari erga me benevolentia ignoscas, si tibi hoc tempore, quo aliqui multis negotijs distractus esse soles, meis quoq; literis molestia exhibere uidear. Nā profectō me res ad scribēdum impulit, quæ nū sit honestissima, patiar ut me summae temeritatis accuses. Si uero satis ad scribēdū cause tibi quoq; esse uidebitur, oro & obtestor, ut pro tua humanitate tum & quo animo has literas accipias, tu nōnullo officio iuues, q; hac à te epistola petere cōstitui. Hic q; tibi has reddit literas, cuius lenēsis optimus uir est, quantum ex aliorū prædicatione intellexi: et ipse hoc tempore quo lenis suimus, expertus sum. Quia uero mediocres habet facultates, easq; tum cōseruare, tu et augere nōnib; cupit: Francosordiā ad mercatum proficiſci statuit, ut ibi pannū, aliasq; necessarias merces coemat. Cum igitur nunc primum eō proficiſcatur, à me petit ut se alicui amico meo cōmendarē, à quo p̄discret ratio nē Francosordiēis mercatus. Audiuit enim maximas esse imposturas quorundā mercatorū, q; istib; uersantur, ut uix quisquā sine iactura inde redire, persertim si q; ignarus fraudū istarū, & tanq; tyro cōueniat, posſit. Iam uero, mi D. Guilielme, cūm me moria

moria teneā, te antea plurimū officij ac beneuolen-  
 tie in simili causa Ambroſio nostro, fratriſ tui com-  
 mendato literis, præſtitifſe: et perſuafifimū habeā,  
 te tanq; ſingularē meū fautorē in huiuſmodi peti-  
 tionē, nō defuturū mihi: uide qd in animū induxe-  
 rim. Hnnc bonū uirū, meumq; popularē tibi cōmē-  
 dare decreui: oroq; ut ſi qua in re me uelis adiutū,  
 ſi ipſe in tali negocio ibi uerſarer, huic q; meū cōſi-  
 lium opemq; implorauit, præſtes. Primum, ut nōni-  
 bil de ratione Francosordiſis mercatus informe-  
 tur: deinde, ut iuues cū in cōtrahenda noticia cum  
 mercatoribus. Hoc enim in primis ſcis ei neceſſariū  
 eſſe. quanta enim adulteriniſ mercib. comparadis,  
 dum homines nō ſatis nouit, jacturā faciet? Poſtre-  
 mō, ut et (quod uel maximē oro) ſi res ita poſtula-  
 ret, ſpōdeas pro illo ad proximas uſq; nūdinas. E-  
 go uicissim me tibi pro eo obſtrugā fideiuſſorem.  
 Neg; enim dubites, ne fit ſoluēdo. Nam et habet un-  
 de det: et bonus uir eſt, cui ab omnibus fides habe-  
 tur: multiq; hīc ciues ſuos fundos, uineasq; nō du-  
 biat pro eo pignori exponere. Quamobrē mihi  
 lielme, p tuā humanitatē, quā ſummā in te cognou-  
 ui, oro, ut hūc uirū, nobis omnib. q; hīc hōſpites uer-  
 ſamur, beneficū, cuiq; ego prolixē de tua uolūtate  
 et studio erga omnes bonos pollicitus ſum, iuues, et  
 quacunq; re poſſis neceſſario ſuo tēpore ſubleues.  
 Ego omnia ea officia, quæ huic præſliteris, eo loco  
 habebo, ut aliquādo tibi tuisq;, ſi qua in re queam,  
 gratias referam. Vale.

Reue-